



PETRI BEMBI
RERUM VENETARUM
HISTORIAE
LIBER II.



Ix eæ mulieres domum redierant , cum ab Carolo rege Galliæ , ejus nominis octavo , certus homo ad Senatum venit , cuius oratio ejusmodi fuit : *Quoniam Carolus in Italiam cum exercitu sit venturus ad regnum Neapolitanum , quod ad se jure bæreditario spectaret , in suam potestatem redigendum : scire eum cupere , quo in se anima civitas esset futura : vellet ne , qua in amicitia & necessitudine adbuc quidem egregia & constanti secum fuisset , in ea etiam in posterum manere . Civitas , nova intellectare , quæque magnam rebus Italij commutationem esse al-latura videretur , consulto Senatu , ne regis in se invidiā prima omnium excitaret , præsertim cum fieri posset , uti is vel per se , ut sunt plerunque hominum mobiles ad omnem ferme impetum animi , ab incœpto desi-*

1493
*Caroli VIII.
regis ad Ve-
netos lega-
tio.*